CC BY NC SA

Hyperboreus, a, um. *adi.* **FORMA** Hyperboreanus. **ETYM** hiper, boreus; ὑπερβόρεος. **DLAT** hyperborei. **DROM** *cast.* hiperbóreo. [**FREQ** humilis **30** indicia **1,9** /d.c.m. 37-29 VERG] *uerbum scriptis litterariis omne genus praeter dramaticos, praecipue narrando (uersu heroico) et argumentando (panegyrico) aptum, prosa magis quam uersu, pro rata parte textis epigrammaticis satiricisque abundans; omnibus usibus apparet, praecipue docto quotidianoque; scriptis technicis (geographia) minus apparet; inde a fine saec. I aec. inuenitur mediocriter ad antiquitatis finem uiam faciente; uocabulum magis litterarium quam subst. Hyperborei uidetur.*

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	argumentalis	6	0,92
	lyrica	1	3,5
	narratiua	8	1,5
	satirica	6	31
	exponens	9	3
DIACHRONICA	I aec.	4	1,4
	I-II ec.	15	3,8
	III-V ec.	11	1,3
DIAPHASICA	docta	13	6,2
	media	12	0,91
	quotidiana	5	8,7
DIASTRATICA	litteraria	25	1,9
	technica	5	1,8
MODUS	prosa	9	0,65
	uersu	21	11

¶ **a1** *ad Hyperboreos pertinens, quorum terra frigidorum uentorum patria erat et caelum glaciatum praebebat • de la región hiperbórea, patria de vientos fríos y clima extremo, hiperbóreo* 37-29 VERG Georg 3.196. qualis Hyperboreis aquilo cum densus ab oris incubuit. 4.517. Hyperboreas glacies. 80-85 MART Epigr 4.3.5. *Domitianus* sidus Hyperborei solitus lassare Bootae. 330 ARNOB 6.6.2. finibus ex Hyperboreis. 🕮 SCHOL Bern Ecl 4.517. HYPERBOREAS loca frigida, quia uentus iste solet frigidior esse omnibus. ADNOT Lucan 5.23. HYPERBOREAE septentrionalem plagam loquitur et australem.

ad extrema borealis axis referebat • señalaba lo que estaba situado en el extremo norte de la Tierra [SIM →boreus DOM ursa, axis] 37-29 VERG Georg 3.381. Hyperboreo septem subiecta trioni. 62-65 LUCAN 5.23. Hyperboreae plaustrum glaciale sub ursae. 100-128 IUV 6.470. exul Hyperboreum si dimittatur ad axem. 430 MART CAP 808. Illinc bis septem solitus seruare Triones pastor Hyperborea resplendet luce Bootes. 🕮 SCHOL Bern Georg 3.381. Septentrioni subiecta Hyperborea regio est.

aliter ac Hyperborei[1], *qui ultra Thraciae montes siti tepido caelo fruebantur,* hyperboreus *frigidum tempus significabat • sin embargo, por oposición a* Hyperborei[1], *pueblo que gozaba de un clima templado por estar detrás de los montes tracios,* hyperboreus *habitualmente implica el tiempo malo* 🕮 SERV Aen 10.350. in hyperboreis montibus ..., unde est origo uenti Boreae. ISID Orig 13.11.13. Boreas, quia ab Hyperboreis montibus flat.

ad mythicam terram pertinuit • fue aplicado a lo que pertenecía a ese mundo mítico 125 APUL Met 11.24. grypes Hyperborei.

si de Hyperboreorum moribus quaeras (→Hyperborei[c]*), adi. de eorum sapientia silet, immo de insipientia loquitur • y en cuanto a las costumbres de sus habitantes (*→Hyperborei[c]*), el adj. no habla de su sabiduría, más bien de lo contrario* 37-29 VERG Georg 3.381. Hyperboreo septem subiecta trioni gens effrena uirum.

scriptis ad laudem pertinentibus etiam septentrionem indicauit • también fue aplicado, especialmente en textos laudatorios, al norte 80-85 MART Epigr 9.101.20. *Domitianus* uictor Hyperboreo nomen (*sc. Germanicus*) ab orbe tulit. 8.78.3. *Domitiani* Hyperborei ... triumphi. 394-404 CLAUD Tert cons 56. *Honorius* fregit Hyperboreas remis audacibus undas.

uel frigida pahenomena qualiacumque • o a cualquier fenómeno atmosférico frío 80-90 STAT Theb 5.390. Hyperborea uirides niue uerberat agros Iuppiter. 80 VAL FL 8.210. Hyperboreas ... pruinas.

uel utramque simul notionem • o a ambas ideas a la vez 394-404 CLAUD In Ruf 2.240. Hyperboreo damnatam sidere Thulen.

uel phaenomenum quod 'auroram borealem' nominamus • o al fenómeno de la aurora boreal 400-430 MAR VICTOR Aleth 2.449. scindit Hyperboreas miro quod lumine noctis.

a2 *Apollo deus, qui Hyperboreos adierat interque eos habitauerat, ab hoc adi. illustratur, item ea quae ad eum pertinent • en cuanto a Apolo, que había visitado y residido entre los hiperbóreos, recibe este adj., él o sus posesiones características* 394-404 CLAUD Sext cons 26. Cum pulcher Apollo lustrat Hyperboreas Delphis cessantibus aras. 430 MART CAP 927. cycnos Hyperboreos citharae cantus adducit. 🕮 SERV Aen 10.179. Apollinis Hyperborei. 4.146. AGATHYRSI populi sunt Scythiae, colentes Apollinem hyperboreum.

inter quae Apollinis sagitta erat, quae hac terra ab eo inuenta est • se aplicó a la flecha de Apolo, que este encontró en aquellas tierras 180 HYG Astr 2.15.6. Hanc autem sagittam in Hyperboreo monte Apollinem defodisse.

f. Hyperborea, ae. *terra fortasse fuit quae a Romanis Hyperboreorum patria credita est • Hiperbórea, la tierra que los romanos quizás creyeron que era la patria de los hiperbóreos* [HYPER NOMEN tractus[b]] 🕮 SERV Aen 3.381. regio, quae septemtrioni subiacet, Hyperborea uocatur. SCHOL Bern Georg 3.381.

m. pl. Hyperborei montes. *ut eius synonimum* Rhipaei montes, *montes commenticii Romanis mentibus tantum siti fuerunt • las Montañas Hiperbóreas, que, al igual que su sinónimo* Rhipaei montes, *pertenecen a un mundo imaginario situado en la mentalidad romana* [HYPER NOMEN mons HOL TRACTUS[B] Scythia SIM →Riphaei Montes] 380-400 IUL HON 30. Hyperborei Ripaei mons. 🕮 LACT Theb 5.390. Hyperborei ... montes trans aquilonem sunt. SERV Aen 3.196. Hyperborei montes sunt Scythiae, dicti, quod supra, id est ultra eos, flat Boreas. SCHOL Bern Georg 3.196. Hyperborei montes in Scythia, inter quos aquilo inflat.